



21  
Bl. 89



ARVA FERTILISSIMA  
HUNGARIÆ,

Cum sub

PRO-CANCELLARIATU

*Illustris, Magnifici, Reverendissimi, atque Amplissimi Domini,*

**DN. D. JO. FRID.  
MAYERI,**

Comitis Palatini Cæsarei, Sacræ Regiæ Majestatis Suevicæ Consiliarii in Sa-  
cris Supremi, per Pomeraniam Svecicam Rugiamque Superintendententis Gene-  
ralis, Facult. Theol. Senioris ac Prof. Primar. &c.

Et  
RECTORATU

*Magnifici, Præ-Nobilissimi, Amplissimi atq; Excellentissimi Domini,*

**DN. JOH. PHILIPPI  
PALTHENII,**

AL. ET HISTOR. PROF. PUBL. ORD.

Brabeuta Celeberrimo,

*Præ-Nobilissimo, Amplissimo, atque Excellentissimo Domino,*

**DN. CHRISTIANO  
SAALBACHIO,**

Pœtic. & Orator. Prof. Publ. Ord. Academ. Bibliothec. Facultatis suæ Se-  
niore, & h. t. DECANO maxime spectabili,  
Die IX. Julii, Anno MDCCIX.

*In Regiâ Pomeranorum Academiâ,*

VIR CLARISSIMUS, PRÆSTANTISSIMUS ATQUE DOCTISSIMUS,

**DN. SAMUEL MATTHÆIDES,**

ARVA-HUNGARUS,

S.S. Theol. Cultor, & Alumnus Regius,

LAUREA MAGISTERIALI ORNARETUR,

animi testandi gratiâ  
merito extollebant

CONVICTORES REGIL

GRYPHISWALDIÆ, Litteris GEORG. HENR. ADOLPHI, Acad. Reg. Typogr.



Quis non Hungariae tangi felicibus arvis,  
Non delectari fertilitate queat?  
Quas fruges hic alma Ceres! quem Bac-  
chus honorem

Pampineum! Chloris quod dat amica decus!  
Quanta metallorum seges est! quae pondera tellus  
Fert auri! quantus furgit ad arma chalybs!  
Armentis campos videas, & piscibus undas,  
Et silvas vario luxuriare grege.  
Deniq;, quicquid habet coelum, clementia Summi  
Contulit Hungariae, terraq; quicquid habet.  
Illius ex arvis jam Te mens aspicit, ARVA,  
Arvaque miratur, NOBILIS ARVA, TUA  
Ex arvis Arvae *viventia* seligit arva,  
Ex vivis, quae sunt *ingeniosa*, notat.  
Ex istis *unum*. MATTHÆUS nomina fecit,  
Si genium quæras, hunc dedit ipse Deus.

Omnia

Omnia nam divina vides, quæ hoc continet ar-  
vum,

Omnia, quæ profert, coelitus esse liquet.

Est *hominis pectus*, quem Gratia candida finxit,

Quem sedem norunt omnia dona suam.

TU MATTHÆIDE es is. Tu, quem Sapientia  
prudens

Tam beat, eximia quam Pietatis honor.

Dicas *doctrinae*, *virtutis* germina dicas,

Quæ non in *cordis* sint sata *rure Tui*.

Quantus es *Orator*! durissima saxa ciere,

Manfuetasque potes reddere voce feras.

Quantus es *Astronomus*! coelo deducere Lunam

Intentâ mentis sedulitate potes.

Quantus *Grammaticus*! qui tot scis dicere linguis,

Cumque loqui Occasu cumque Oriente potes.

Quin *Sophia* Te larga manus perfundere totum

Cernitur, & cunctis condecorare bonis.

Non minor est *Virtus*, non parciore illa refulget

In Te, non poterit pulchrius esse decus.

Quod Sol in stellis, Adamas quod amate lapillis,

Quod sub arenoso candida gemma falo;

Aurum quod mineris, pictis quod lilia campis,

Diva colorato quod rosa nata solo;

Mella quod Occiduis, quod Eois balsâma succis,

Et quod in aurato grata Falerna scypho;

Quod

Quod valet in reliquis silvæ Nemeæus alumnis,  
 Et quod plumigero blanda columba grege:  
 Hoc inter dotes *Virtus*. dispersa per orbem  
 Munera fœcundo continet una sinu.  
 Quam felix igitur *Doctissime* vivis *Amice*,  
 Pectore *Virtutem* qui geris ipse tuo!  
 Quam *felix arvum*, quo sic *Sapientia* sedit  
 Ac *Virtus*! quas hic afferet hortus opes!  
 En! jam fundit opes. Jam splendida *Laurea* floret,  
 Jamque *MAGISTERII* fulgida ferta micant.  
 En! plausus & vota ferunt gratantia corda,  
 Et gratum spirant ora serena melos.  
 En! volat *Arvensis Genius* tua tempora circum,  
 Et nostro assistens intonat ista choro:  
*Vivas, O NOSTER, vivas, letusque perennes,*  
*Et Patrie lumen sis columenque tue.*  
*Sis SAMUEL, sis PAULUS ARANS, sis denique Papæ*  
*DEBELLATOR. Io! plaudite. Fier. Io!*  
*Magna Tibi præsentè die dant munerâ Muse,*  
*Magna secuturo tempore Fama dabit.*



Ung VI 4

(x 2743293)




U 17  
U 18







Ihm in den Mayen  
 zu freyen;  
 Leben hat/  
 und spat.  
 Jeder singet/  
 von lieblich erklinget;  
 reiche Schaar/  
 ort ein ander Paar.  
 Baum windet/  
 m' verbindet;  
 n Schwanger wird/  
 klein neugebirt.  
 Ihr euch hat begeben/  
 den.



ARVA FERTILISSIMA  
HUNGARIÆ,

Cum sub

PRO-CANCELLARIATU

*Illustris, Magnifici, Reverendissimi, atque Amplissimi Domini,*

**DN. D. JO. FRID.  
MAYERI,**

Comitis Palatini Cæsarei, Sacræ Regiæ Majestatis Suevicæ Consiliarii in Sa-  
cris Supremi, per Pomeraniam Svecicam Rugiamque Superintendentis Gene-  
ralis, Facult. Theol. Senioris ac Prof. Primar. &c.

Et

RECTORATU

*Magnifici, Præ-Nobilissimi, Amplissimi atq; Excellentissimi Domini,*

**DN. JOH. PHILIPPI  
PALTHENII,**

AL ET HISTOR. PROF. PUBL. ORD.

a

Brabeuta Celeberrimo,

*Præ-Nobilissimo, Amplissimo, atque Excellentissimo Domino,*

**DN. CHRISTIANO  
SAALBACHIO,**

Poëtic. & Orator. Prof. Publ. Ord. Academ. Bibliothec. Facultatis suæ Se-  
niore, & h. t. DECANO maxime spectabili,  
Die IX. Julii, Anno MDCCIX.

*In Regiâ Pomeranorum Academiâ,*

VIR CLARISSIMUS, PRÆSTANTISSIMUS ATQUE DOCTISSIMUS,

**DN. SAMUEL MATTHÆIDES,**

ARVA-HUNGARUS,

S.S. Theol. Cultor, & Alumnus Regius,

LAUREA MAGISTERIALI ORNARETUR,

*animi testandi gratiâ  
merito extollebant*

CONVICTORES REGII.

GRYPHISWALDIÆ, Litteris GEORG. HENR. ADOLPHI, Acad. Reg. Typogr.